



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Eisdem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

504 Epistolarum Innocentij III.

bitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani i. Kalend. Februarij, anno tertio decimo.

E I S D E M.

*Epiſt. 105.
Ne beneficia
non vacantia
promittentur.
Vide lib. 14.
epiſt. 12, 26.27.
161.*

Cum ex injuncto nobis apostolatus officio Ecclesiarum omnium sollicitudinem gerere teneamur, ea corrigeremus oportet quae interdum in gravamen ipsorum temere seu etiam improvidè attentatur. Sanè ad audientiam nostram vobis referentibus est delatum quod ad impotunam instantiam nobilium & potentium, & etiam Prelatorum, quibusdam beneficia non vacantia promisisti, annuam pensionem eisdem ipsorum nomine concedentes in vestri monasterij lassionem. Quia igitur id contra statuta Lateranensis Concilij noscitur attentatum, promissiones hujusmodi decernentes irritas & inanes, & pensiones concessas beneficiorum non vacantium nomine non solvendas, auctoritate praesentium districtius inhibemus ne contra prefatum Concilium beneficia promittere non vacantia vel pensionem cuiquam taliter assignare de cetero præsumatis. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostram concessionis & inhibitionis infringere, velej ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani &c. ut in alia per totum.

E I S D E M.

*Epiſt. 106.
Confirmat
quidam pos-
ſiones.*

Solem annuere sedes apostolica piis votis, & honestis potentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus grato concurrentes assentiu, terragium & decimam de Felchinel, quæ vobis R. de Alneto Miles pia liberalitate donavit, terram quoque quam à G. Bacon laico acquisisti, terram etiam & mansuras monasterio vestro in eleemosynam à G. de Clula collatas, sicut ea justè ac pacificè possidetis, vobis & per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostram confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit,

indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum ut in alia per totum.

*V N I V E R S I S M O N A C H I S
obedientiarum monasterij Saxivivi.*

Quantum & quandiu laboraverimus pro reformando statu monasterij Sa- xivivi vestra devotione non ignorat. Licet etiam ad id dilectus filius Abbas vester operam adhibuerit diligentem & non pa- rum proficer super eo, quorundam tam- men habitantium in eodem impedita ne- quitia, qui ei non solum inobedientes & rebelles existere præsumperunt, contra ipsum multa nequiter machinando, verū etiam mortis periculum detestandis conspirationibus intentarunt, non potest perficere quod incepit. Vnde non absque dolore dicere possumus cum Propheta, Ca- ravimus Babylonem, & non effanata; quia impij cùm venerint in profundum pecca- torum contemnunt; ut qui in fordibus sunt, fordescant adhuc. Cùm igitur dictus Ab- bas in præfato monasterio Saxivivi prof- cere nequeat, illorum, tamquam olla suc- cenza, subbuliente malitia qui cùm sint origine Fuliginates, confisi de potentia propinquorum, non verentur contra simulum calcitrare, excutientes à cervicibus jugum obedientiaz insolenter, de fratrum nostrorum consilio ita duximus providen- dum, ut ad aliquam ejusdem monasterij obedientiam ad hoc aptam cum delibera- tione seniorum & senioriorum ejusdem cen- bij monachorum se transferre procuret, illis secum in Dei servitio aggregatis qui sub jugo monastica regule dignum Deo cupiunt impendere famulatum: cui omnes ejusdem professionis & ordinis fratres tam- quam Abbati suo intendant humiliter & devotè in loco hujusmodi de nostra licen- tia commoranti; aliquos verò de gravioribus fratribus dimittat apud Ecclesiam Sa- xivivi, per quos locus ipse regatur. Supra- dicta verò perversitatis actores tandem tamquam anathematizatos & maledictos ab omnibus volumus & mandamus arctius evitari & à monasterio supradicto manere dejectos donec illam eidem Abbati satis- factiōnem obtulerint quam de graviorum ipsius fratrum consilio merito valeat ac- ceptare. Ita videlicet quod postquam ea- dem fuerit, prout decet, exhibita, iplos in loco quem elegerit secum, vel etiam in Ecclesia Saxivivi commorari nullatenus patiatur; sed eosdem in aliis locis collocet,

in